



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

6. Statim.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

missit quantitatem ex multis minutis collectam, atque adeo notabilem. Quod si non restituer statim, confluet obligatio gravis sub mortali, non quidem ex acceptionibus, quae omnes fuerunt veniales, sed ex retentione, quae nunc juncta cum antecedentibus incipit esse retentio materiae notabiliter nocivae proximo; atque adeo mortalis, & inducens restitutionis obligationem sub mortali.

An culpa levis externa, sed interne gravis, pariat obligationem restitutionis?

8. Consequitur ad praedicta celeberrima illa Quaestio, An culpa levis cum intentione interna graviter nocendi inducat onus restitutionis? Verbi gratia, Diligentiam adhibuisti, ne, dum feram venaris, hominem occideres; diligentiam; inquam, sufficientem ad vitandum peccatum mortale, non verò illam, quam diligentiores ponere solent: nam propterea peccasti venialiter, an, si huic levi omissioni addas animum occidendi hominem, si ibi forte adfuit, & de facto occidatur, tenearis ad restitutionem ex homicidio?

9. Respondeo, Si ille animus nocendi graviter adjungatur actioni venialiter male, imò etiam male mortaliter, quae actio ex se non sit contra Justitiam; certum est, eam non inducere onus restitutionis, imò neque irregularitatis. Ratio est, quia, ex dictis, ejusmodi onus, ut & irregularitas, non nisi ad actionem injustam consequitur. Hinc ludeo, licet ex odio gravi damnetur reum; & qui cum moderamine inculpatae tutelae (licet ex animo, & intentione graviter nocendi) occidat aggressorem, non incurrit onus restitutionis, nec irregularitatem; quia ejusmodi condemnatio, & defensio nullo modo sunt actiones contra Justitiam, ne leviter quidem. At si ille animus adjungatur actioni, quae ex se sit, licet leviter contra justitiam, ut est in exemplo allato num. 7. nunc profecto magna quaestio est, an tale onus inducat.

10. Et praeter casum propositum asseri solent alia exempla: Ponis venenum in loco remotissimo à convectu hominum, ponis tamen eo animo, ut si illic accedat Petrus tuus inimicus, illud sumat, & occidatur, praeparatio veneni est actio externa contra Justitiam, sed quia est in remotissimo loco, ad summam non erit ex se nisi venialis culpa, imò, saepissime nulla, quia certo moraliter in illum locum nullus hominum judicatur penetraturus. Alapam levis dedecoris impingis adolescentulo, eo tamen animo, ut ex concepto forte dedecore adolescens moriatur. Quatuor aboles furaris ab avaro, ea tamen intentione, ut forte ex incrore amissa pecunia, is conficiatur. Quaestio est, an ponens venenum, An alapam impingens, An obolos surripens cum illa interna voluntate graviter proximo nocendi, peccent ita contra justitiam, ut, si de facto sequatur mors, sint rei restitutionis & irregularitatis?

11. Esse restitutionis reos censent nonnulli; ita de Lugo tom. 1. de just. d. 8. sect. 6. à num. 74. aliique ab ipso cit. non esse censent alijjta Lugo l. 2. c. 9. dub. 16. numero 113. Sanchez lib. 1. conf. cap. 4. dub. 5. numero favetque libro 3. conf. capite 1. dub. 49. num. 6. & praedicto libro 9. cap. 3. dub. 1. & 2. ego certe aliud dicendum puto, de Irregularitate, aliud de Restitutione.

12. Assero enim primo, Praedictos incurere Irregularitatem, uti insinuavi supra, cum de Homicidio, libro 6. cap. 4. §. 1. num. 6. Ratio est, quia, ut ibidem notavi, irregularitas est inducta à sacris Canonibus contra homicidium voluntarium, seu volitum, ac aliquo tandem modo causatum, seu, ut ita loquar, occasionatum. At omnes praedicti si faciant ea, quae leviter, & ex se insufficienter, imò raro, vel rarissime insunt in homicidium, dicuntur voluntarie cōcurrere ad occasionem, licet, ut dico, per actionem ex se sola homicidium non sufficientem: ergo non est, unde irregularitatem effugiat, si homicidium re ipsa sequatur, vide omnino locum citatum.

13. Assero secundò, Eisdem non incurere obligationem restitutionis ex homicidio, vel quocunque alio damno, necesse secuto. Ratio est, quia, quoad restitutionem, non addit lex, ulla humana peculiaris, solum est mandatum Jus ipsum naturale. At hoc non obligat ad restitutionem, nisi quando quis per suam actionem plene interius vel moraliter est absoluta, & sufficiens causa hominum, seu damni, ut sup. l. 6. c. 2. §. 1. n. 3. vidimus. Cum ergo in quando ipsa actio externa levis ex se est, ac leviter nocet plurimum, ex sua conditione, insunt in damnum, sed ad summum satis diminute, & imperfecte, cum mutae causae non est æquum, ut gravis obligatio consequens est, ut etiam si fiat animo graviter nocendi, non obliget ad restitutionem.

Quod autem ejusmodi actio non sit absoluta, & sufficiens causa, etiam si ad sit ille animus, probatur manifestè, quia ille internus animus nihil adjuvat ipsam actionem externam; ergo si ex se actio causativa sufficienter nocet, non est, nihil, quoad hoc, adjuvabitur ab animo, & consequenter semper remanebit non causans absolute ex se homicidium, vel damnum: ac propterea non debet libera ab onere restitutionis, sicut erat ante damnum.

14. Dixi (quod ad hoc) nam ab interna intentione graviter injusta in affectu, ultro concedo illam externam ex se levem actionem denominari graviter male, & injustam: sed quia onus restitutionis, non sequitur ad actionem injustam in iustitia internam, sed externam, nihil nocet; Ex qua doctrina omnia argumenta contraria Theologo facile dissolventur.

§. VI. Statim.

Restitutio ex delicto quomodo statim obliget?

1. Asserio prima: Omnis Debitor ex injusta actione, & universim ex delicto, atque adeo damno dato, tenetur restituere, quam primum potest, non valde notabili incommoditate, potest. Quae hac esse debeat, ut exculset à restitutione, dicam inferius, tract. 4. cap. 1. §. 9. Quod si possit, & nullam habens legitimam excusationem, de qua infra, non tenetur non solum peccat imprudenter, ut certum est, quia est continuata quadam obligatione, sed etiam tenetur in conscientia solvere omne lucrum, quod cessat, & damnum, quod emergit Domino ex ea mora, (quae certe non est culpabilis, ita Molin. 3. d. 724. & passim, quia secus non fieret æqualitas cum proximo: Cum enim hic ex culpa non solum fuerit privatus re principalis, sed etiam sit passus illud intercessumque meriti, erit restituendum.

2. Iam verò, pro iis, quae mox dicenda sunt praevorte, hoc intercelle aliud est ordinarium, aliud extraordinarium; Ordinarium oritur, quando res ipsa plura, & g. valet uno tempore, quam alio, sive quia res interius crescat, ut plura valet equus, adultus, quam pullus; quid ab extrinseco crescat ejus valor, ut frumentum plura valet mense Maii, quam Augusti. Si priveris ex hoc lucro, diceris pati interesse, seu damnum ordinarium. Extraordinarium oritur, quando advenit lucrum ex extraordinaria creditoris opera, seu ex ejus negotiatione; centum, v. g. aurei, si eos negotiationi exponas pariant alios quinquaginta: quare si priveris hoc lucro, diceris pati interesse extraordinarium, seu, ut commodius loquimur, interesse ex damno emergente, vel lucro cessante.

3. His positis, Inquires: Ut debitor ex delicto obligetur in conscientia ad restituendum interesse, oportet ut praecedat monitio, quia creditor dicat debitori, se ipsam causam ejusmodi damnum pati?

Respondeo, quod ad praxim raro locum sortitur hac quaestio in casu injustae acceptionis, vel damni (quamvis saepissime locum habeat in restitutione et contra damnum).

paterfamilias procedit, obnoxia sunt restitutioni, ob in-
 iuriam primo positam. Una tamen est observanda
 limitatio. Quando enim, post furtum, quis in cidit in ex-
 timum, vel gravem necessitatem, & rem furto abla-
 tam, adhuc in specie extantem in dicta necessitate
 consumpsit, (in qua necessitate potuisset illam rem li-
 quere, nec sufficere ei, tam sibi mutare cum oblige-
 ratione cum, ejusque interesse fuo tempore reddendi, ut
 explicamus, *supra*, *in tit. 2. cap. 6. §. 2. num. 2.*) tunc non
 obligatur nisi ad restituendam rem, & illud solum in-
 teresse ordinarij, & extraordinarij correspondens
 tempori antecedenti dictam necessitatem, non vero in-
 teresse correspondens temporis talis necessitatis. Ita Ca-
 sio Palas, de *iustis. cummutativa*, d. 1. *part. 17. §. 10.*
 contra Layman, & Molin. *ibidem* cit. Ratio est mani-
 festa, quia tempore gravis necessitatis, veluti de novo
 acquirit sine culpa, unde non potest obligari ad interesse
 correspondens huic tempori, quando in accipiendo
 non delinquit: Quod si rem ipsam principalem debet
 cum interesse precedentis temporis reddere, non est
 ex vi huius acceptionis huius temporis, sed ratione
 primæ, quæ fuit cum delicto, ut diximus, & semper
Part. I.

8. Secundo: Non assentior aliquibus excusantibus viros nobiles, quando præfixo tempore etiam cum culpa, non solvunt emptas merces mercatoribus, quibus propterea cæset lucrum, & damnum emergat non assentior, inquam, nam posito, quòd verè sunt in culpa, non solvendo, necessarìo consequitur, ut ad omne illorum interesse rescandendum obligentur. Satis est iustum, tum hos nobiles, tum cæteros omnes excusare, vel ex implicito consensu mercatorum, de

E c quq

quo *n. sequenti*, vel probabiliter ex eo, quod ementes de dicto interesse à mercatoribus non sunt admoniti, de quo *n. 10.* dicam.

9. Tertiò: Terminus in ejusmodi contractibus præfixus non debet sumi metaphysicè, sed more communi humano & moraliter. Hinc plerumque censatur debitor, ex de Lugo *t. 2. de just. t. 18. sect. 2. num. 38.* à restituendo interesse creditori, non solum quia dilatio solutionis non fuit peccatum mortale contra Justitiam, sive ob impotentiam solvendi, sive ob inadvertentiam, vel oblivionem: sed etiam quia debitor, ob bonam fidem putavit non esse creditorem, graviter invitum pro modica illa, & morali dilatione, cum in praxi non soleant urgi ita debitores, ut ipso præfixo die solvant, sed cum aliqua benignitate: credere item plerumque potuerunt debitores, dum creditores scientes, & potestates exigere, tamen non exigunt, non esse graviter invitatos ad præditam dilationem. Nota illud (potentes) & vid infra, *tract. 4. c. 1. §. 6.*

10. Quartò: supponamus esse invitos creditores ad dandam dilationem solutionis, dubitari solet de damno extraordinario, hoc est, de cessatione lucri, & de damno emergente: An scilicet debitores ex contractu, ut obligentur in conscientia ad solvendum creditoribus hoc interesse, ex mora culpabili, debeant fuisse prius admoniti à creditoribus dicentibus, verbi gratia, solve mihi centum aureos debitos nunc ex censu, secus meas negotiationes exercere non potero, quantum lucrum tu debebis.

Respondeo, negant aliqui ejusmodi monitionem debere præcedere ad hoc, ut obligetur debitor ad prædictum extraordinarium interesse: sic Petr. Navarr. *lib. 13. de res. cap. 2. num. 181.* Dian. *p. 1. tr. de contract. resol. 87.* Aliqui affirmant præcedere omnino debere. Sic Azor. *3. l. 5. cap. 4. q. 3. de Lugo t. 1. de just. d. 18. sect. 2. num. 32.* Vtrumque probabile propter easdem rationes quæ in fortiori casu, qui supponit injustam acceptionem, dictæ sunt *sup. n. 3.* sed superaddatur hic etiam id, quod ibidem adverti *num. 4.* & nos quidem affirmantem sententiam amplectimur *infra j. cap. 8. §. 3. n. 9.* excepta consuetudine mercatorum, &c.

Restitutio ex re accepta, qua ratione obliget statim?

12. Id etiam, ut tota hæc materia de mora solvendi absolvatur, hic erit decernendum.

Regula universalis ex Doctoribus, *supra in toto hoc §.* citatis: Si quis rem bona fide acceptam advertit esse alienam, statim atque advertit, debet domino sine mora tradere, vel rem, si extet, vel si consumpta est, illud in quo is, qui accepit, factus est ditior, ni tradat, erit in mora, & obligabitur ad restitutionem, etiam secuti interesse ordinarij, & extraordinarij. Hæc regula, constat ex dictis hic prudenter applicandis. Quare videndum, utrum mora sit culpabilis, an inculpabilis: utrum creditor possit censeri rationabiliter invitus, an consentiens: utrum dilatio sit modica, an magna; & his perpensis, decernenda erit obligatio restituendi, sive quod extat, sive illius interesse juxta modò dicta.

12. Solum per diligentem adverte, moram non esse hic mensurandam à tempore, quo accepta res est; illa enim acceptio, ut hic supponitur, non fuit peccaminosa; sed à tempore, quo quis incipit advertere non esse suam, vel quo incipit rationabiliter dubitare: nec adhibet diligentiam inquirendi veritatem, ut diximus *l. 1. in dec. cap. 3. §. 7. v. Restitutio.* Præterea non esse considerandum interesse, quod fortè provenit creditori ex re accepta absolute, sed ex re accepta, quæ quando advertitur esse aliena, extet, vel extet aliquid, in quo debitor factus sit ditior. Nam si nec res extet, nec aliquid, in quo is factus sit locupletior, nihil debebit, ut mox *cap. 3.* explicabitur.

13. Si eveniret casus, quo dominus sciret rem suam, vel id, in quo ex re sua factus es ditior, apud te esse, &

posset te de interesse, quod patitur admonere, tunc monere curaret, An obligaris ad dictum interesse idem dic, quod docuimus *n. 3.* de injusta accepta, injustæque retentione, quia jam in casu, de quo loquimur, incipis esse injustus detentor.

14. Pari modo, si debitor fuisset prius in nulla culpa restituendi, postea vero in culpa, recurret deinde data *n. 5.* quæ nimirum esset obligatus ad restitutionem interesse respondentis tempori, in quo fuit in culpa, verò respondens tempori inculpato.

§. VII. Totam rem, seu ejus valorem.

2. SI quis quid injustè accipiat (idem dic, si damnum inferat) debet sine controversia reddere, hoc est, non solum rem ablata, verum etiam totum interesse modo dicto in §. præc. & modo dicto explicando. Ratio est, quia secus, non inducitur æqualitas, &c.

2. Petes: Ultra restitutionem rei, debere restitui aliquid pro injuria, quam quis facit forando: Respondeo, præscindendo à contumelia, vel alio capite, & cum ex ipsa injuria exhibita in usurpatione rei alteri nihil debeatur, saltem ex usu, rectè notat Dicastill. *l. 1. just. tr. 2. d. 2. d. 6. n. 122.* vide etiam *n. 124.* Si quis debere debetur, esset petitio veniæ, quæ certe, vel non solet exigi à domino, vel faciliè remittitur, modò si suam ipse recuperet.

3. Et quid si res ablata extet, vel impermissa, ut facile dicerni queat, non est dubium, eandem debere restitui, etiam si ejus pretium quomodocumque creverit. Ratio est, quia quando res crevit, domino crevit, enim fur non sit dominus rei ablata, nec potest esse augmenti: seu ejus valoris. At si res non extet, debet fur reddere ejus valorem. Sed ecce difficultas. Quia enim ratione is erit expendendus: Per molestationem est, & molestius reddere, magisque implicitum per res distinctiones atque subdistinctiones Theologorum. Lege Mol. *t. 3. d. 725.* Less. *l. 2. cap. 12. dub. 16. d. 1. de res. q. 3. p. 11.* de Lugo *t. 1. de just. d. 18. sect. 2. d. 2. d. 3.* Castro Pal. *disp. 1. in genere, p. 24. §. 9.* alioque ab ipsis citatis.

4. Ego, ut distinctè procedam, præmitto, rem ablatam, ac decretere posse, vel intrinsecè, hoc est, in se, vel pullus equinus adoleat, & deinde senescat. Vel intrinsecè, ut si triticum nunc valeat singulis modis tres aureos, deinde ob multitudinem emptorum, &c. contra. Hoc posito, figura hunc casum: Petrus furatorem Antonio mensuram tritici mense Augusti, cujus legumini valor erat trium agrorum, verum, paulo post, tritici valor, hyemis nimirum tempore, crevit ad sex aureos, mense denique sequenti Junij pretium decrevit ad aureos tres, imò ad minus. Idem potest dicere de pullo equi, qui primo tempore valebat 10. decem aureis, secundo intrinsecè crevit, quia factus est equus, valuit viginti, triginta, &c. Denique quia secundo iterum redit ad decem, imò ad octo, ad quinque, &c.

5. Ut ergo decernamus, quantum debeat Petrus Antonio, quando ablatum triticum, vel equum consumpsit, vel vendidit, diligentissimè considerandum est, quonam tempore consumpsit, primò, secundo, & tertio ex dictis: Ni sic distinguamus, confusa nimis erit, & intricata tractatio.

Petrus rem ablata consumpsit primo tempore.

6. Petrus triticum prædictum consumpsit, vel vendidit, vel alienavit, primo illo tempore (nempe mense Augusti, quando valebat tribus aureis, est distinguendum, & videndum, An Antonius esset venditurus, vel consumpturus primo eodem tempore, an secundo, & tertio. Si primo non est difficultas, nam clare Petrus non damnificavit Antonium, nisi in illo valore rem currenti, id est, in tribus aureis, tres igitur aureos debebit.